



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Pondi natales & cur Aulam deseruerit. n. 16.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

1575. ditam esse audiuius, perdat, sed potius, ut dicit Propheta, curet *sortitudo-nem suam ad Deum custodire*. Dominus autem cui semper proprium est innocentiam & integritatem, suâ præfertim causâ in periculum aliquod adductam tueri ac defendere, Dominationi Vestræ ita semper adsit, ut vel in commoda omnia ab ea depellat, vel si ita magis expedierit, ad ea certè perferranda fortitudinem, & constantiam, salutaremque patientiam largiatur. Nos certè tum ipsimet, tum per nostros omnes hoc nomine Deum Dominum orare & obsecrare nunquam cessabimus. Vnum tamen illud à Dominatione Vestrâ magnopere seruari velim, ut hoc suum consilium de Societate nostra, habitu non solum ac vestitu, sed sermone & verbis prodat nemini, sed secretum habeat, donec meliora affulserint tempora, cùm sua ista desideria exequi cum Dei auxilio possit. Interim gratia Christi & communicatio Spiritus Sancti sit cum ipsa semper Romæ: prima Decembbris 1578. Cuius vero in robusta aetate virtutem describere aggredimur, huius initia discere premium erit opera.

Pondi natales et initia.

Aulae defensiones et occasio.

Exercitia pietatis.

XVI. Parentibus ortus est Thomas, Guilielmo Pondo & Anna VVrio: besslea, sorore Thomæ VVriotheslei, Sout Hamptoniæ Comitis. Nondum in lucem editus dexteram erexit; id pugilis futuri omen habuere. Eius prima ætas ijs disciplinis tradita est, quibus in scholæ Wintoniensis Collegio Beatissimæ Virginis ad Latinæ linguae vñum instituebantur adolescentes: Tum anno ætatis vigesimo tertio profectus Londinum, ad forensem seu gloriam seu dignitatem, Iuris Municipalis præsidiis se comparuit: Atque ut erat non minus formæ, membrorumque venustate & robore, quam animi promptitudine atque excellentia conspicuus, inter artes ingenij, his corporis exercitationibus oblectabatur quibus laudem petere nobilissimi quique confuevere, atque excelluit saltatione. Mortuo Parente Atlæcupidus paternarum possessionum partem non exiguum eas inter delicias spesque inanes profudit. Id mirabitur nemo Elizabetha regnante, & ad luxum, quo ipsa capiebatur, cunatos post se trahente. Natales Christi dies, ut semper solemnes, ita Anno sexagesimo quarto fuere celeberrimi; dabantur in Curia ludi apparatusimmi Thoma Pondo instructore. Inter saltandum, nudam eius manum manu nudâ prensat Regina, tum ei caput, abrepto Leicestriæ Comitis pileo, ipsa tegit, ne ex vehementi motu accentus subito refrigeraretur: Imposita ei videbatur laurea: cùm (secundò candem saltationis formam flagitante Regina) celerrime de more uno in pede circumvolans, pronus concidit; Plausu in rilum mutato, surge, inquit Regina, Domine Taure; eâ voce cōmotus, surrexit quidem; at flexo ad terram poplite, vulgatum illud latinè prolocutus, sic transit gloria mundi, proripuit te, & non longo intervallo Aulam spesque fallaces deseruit, consumptarum facultatum & violata Religionis præmium ludibrium confecutus.

XVII. Trigesimum annum attigerat antequam se gremio Ecclesiæ redideret; at cum absentia omne gentis virtutis sedulo compensandum arbitratus, annum in oratione posuit, sui inspecto assiduus, contemptor eorum quae fiscalij, deque vita quam instituebat ratione aut cogitarent aut dicerent: multa ab